Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



ꝓpositū adeo congratulabat. ut quecūq; posset karitatis officia ac si indulgentissimus pater eis impenderet. Depositus ū albas arnolfus. reliquam etatē suā degebat priuatus. cū tn̄ ad mentē nūquā reduceret. qd ꝓ iniuria quā uiro dī ingesserat deponi meruisset. Qd si nosmetipsos diuidicaremus. inquit apls. n̄ utiq; iudicaremur. S; ꝑcipiciū in quo ceciderat ideo albas uidere n̄ poterat. quia lucerna sub modio latebat. quia nullus adhuc meritoꝝ uiri dī splendor emicuerat. qa oleū quo lampades suas reficere solebat in uasis conscientie usq; quo ueniret reseruare studebat. Ne autē ipse arnoldus cū hoc mundo dapnaretur. s; a dn̄o correptus hic iudicaretur. credimus eum meritis scī Johis baptiste. ad uitū cui monasteriolū uenustissime ꝯstruxerat uersus australē plagā urbis in monte qui exinde appellatur mons scī Johannis. S; ꝯ locus ille celeberrimus. ubi beatus heimeradus tam crudeliter uerberibus est actus heruel dia scilicet n̄ longe post obitū eiusdē arnolfi cū basilica ꝯ uniuersis simul edificiis incendio conflagrauit. siue ob iniuriā hominis dī. siue aliis etiā culpis exigentibus. Verū n̄ ab re est. si inusitatū ꝯ inauditū miraculū ad mediū deducamus. qd dn̄s ad consolanda frm̄ ibidē degentium merentia corda ostendere ē dignatus. Nam cereus in sabbato scō consecratus. in initio incendii ut solet ad ꝓpulsanda pericula corā altari fuerat accensus. sed altero die cū totū edificiū in cineres consedisset integer inuentus ē atq; illesus carbonibus ꝯ semiustis roboribus undiq; circūdatus usq; ad sūmū cacumē. Qui exinde ꝑ singulos annos. donec aliquid superfuit particulatī nouo cereo est ad

Sed ut ad ꝓposi Tiectus. tum reuertamur. huc usq; uir dī mortificationē ihu in corpore suo circūferens. tandē ad montē hasingun peruenit. ubi deinceps ꝯ uita ihu in corpore eius manifestanda fuit. Ibi g̊ decreuit circuitioni sue modū ponere. ibi post tanti laboris fatigationē requiescere. ibi expectare eū qui se saluū faceret. Ibi celū sibi apertū uidit sicut ipse referre solebat. quia scilicet cū primū montē illū intueretur. non aliter sibi uisū fuerit quā si interiora celi ꝯtēplaretur.

Nam putabimus eū ut pote in litterarū studiis satis exercitatū. non immemorē illius iacob uersiculi. quā tribilis ē locus iste. n̄ est hic aliud nisi domus dī ꝯ porta celi. Certus g̊ ex hac uisione locū hc celitus sibi ꝑdestinatum fuisse. pecuit ab incolis ut sibi ius concederetur inhabitandi montis. Qd cū libenter annuissent. qd ibi laboris. qd sudoris insūpserit. quā totus in seruicio dī. quā creber in oratione. quā assiduus in lectione. quā largus in elemosinis. quā cōpaciens miseris. qm omnibus affabilis extiterit. qm corpus suū ieiunis ꝯ uigiliis maceraue rit. qualiter carnē suā cū uiciis ꝯ concupiscentiis crucifixerit. interrogent miracula qui nobis fidē derogant. Respiciant dn̄m etiā suos ꝯ incredulos. ad miracula mittentē. Si m̄ n̄ uultis credere inqt. opibus credite. opa enī que ego facio in nomine patris mei. ipsa testimoniū ꝑhibent de me.

Quociens enī incentiua carnis tū titillabant. cū psalmos caneret aut aliud aliqd diuini officii ꝑsolueret. subito non sine miraculo intuentium ꝓripiens se de ecclā quantocius saltū dedit in piscinā que ibi erat. ibiq; tādiu uadabat. donec stimulus carnis eius quiesceret. Fertur etiā una uice nudū corpus suū ꝑ spineta traxisse. sicq; dū penaliter arderet foris. restrinxisse incendium qd exiciabiliter uiuebat in medullis.

Peractis ū missarū officiis. hec ei sollepnis erat consuetudo. q̄ ꝓplm qui conuenerat audiendi grā diuinū officiū. talibus exhortabatur monitis. ut domū reuerterentur. ꝯ quecūq; haberent omnia in elemosinas expenderent. Cūq; aliqui subridendo interrogarent. expensis omnibus qd de se futurū esset. quibus rebus uite indigentie consulerent. bonus homo de bono cordis ꝓtulit uerba bona uerba consolatoria. reposita eis ēē in celis ꝑmia que nec oculus uidit nec auris audiuit. nec cor hominis excogitauit. Tum ne morderentur his curis. dn̄m ꝓ his ēē sollicitū. nūquā exhauriri posse fontē diuine mīe. Qualis arbor tales fructus. doctrina concordabat cū uita. Non enī ipse uel sibi ul rebus elemosinarū grā parcebat. certū tenens qd mercedes suas n̄ in saccū ꝑtusum congregabat. Ipsa quoq; femoralia sepe in usum elemosine distrahebat. Verū

a pusillanimitate spc̄ ꝯ tempestate.